

LXII.

R hoc autem semetipsum decoloravit abscondens formam dei. et formam serui prehendens. Decoloravit et ecclesiam que ait. Nolite me considerare quod fulca sum. quod decoloravit me sol. Ergo postiora ipsi in pallore auri: que fulca non erubuit crucis. vitione passionis non horruit. liuore vulnere non refugit. Et iam concipit sibi in illis et operat nouissima sua fore horum filia. Idcirco denique audit. coluba mea in foraminibus petre: quod in christi vulneribus tora dilectione veritatis et iungi meditatione demoretur in illis. In martyri tolerantia. inde illi magna fiducia apud deum altissimum. Non est quod vereat martyr et anguem: liuidaque levare ad eum faciem: cuius liuore sanatur est gloriolam representare sicut diem mortis eius: utique in pallore auri. Quid vereat cui etiam a domino dicitur. Unde mihi faciem: Ad quod: ve mihi videat se magis ostendere vult. Ita est videri vult. non videre. Quid ei ille non videt: Non est ei opus ut quis se ostendat a quo nihil non videtur: nec si se abscondat. Vult se videri. vult benignus deum deo in illis vultu et oculos in sua sustollit vulnera. ut illi et hanc aima erigatur: et exemplo sui reddat ad tollerandum fortior. Et numero non sentiet sua dum illi vulnera intuebatur. Stat martyr tripudians et triumphans toto licet lacero corpore et rimate latera ferro: non modo fortiter sed et alacriter: sacrum et carne sua circumspicit ebullire cruore. Ubi ergo tunc anima martyr? Nempe in tuto. nepe in petra. nepe in visceribus Iesu: vulneribus nimis patetibus ad introeundum. Si in suis visceribus esset: scrutans ea ferrum: profecto sentiret et dolore non ferret. succuberet et negaret. Nunc autem in petra habitans: quod minus in modum petre duruerit: Sed nec hanc minus. si etul a corpore dolores non sentiat corporis. Neque hanc facit stupor sed amor. Submitit enim sensus: non amittitur. Nec deest dolor: sed superat si contemnitur. Ergo ex petra martiris fortitudo. Inde plane potes ad bibendum calicem domini. Et calix hic inebrians que perclarus est. Preclarus (in quo) atque locudus non minus impatori spectati que militi triumphanti. Gaudium etenim domini fortitudo nostra. Quid mihi gaudeat ad vocem fortissime professionis? Denique requirit eum cum desiderio. Sonet (inquit) vox tua in auribus meis. Nec cum creabitur repedere vice secundum suam promissionem continuo. ut qui se confessus fuerit eo.

ram hominibus: confitebitur et ipse enim coram patre suo. Rumpamus sermonem. nec enim potest finire modo. ne sit sine modo. si cuncta que adhuc exposito capitulo restant: vno isto velimus sermone complecti. Ergo quod superest seruum principio alteri: ut de nostro sane et verbo et modo gaudeat spiritus ecclesie Iesus christus dominus noster. qui est super omnia deus benedictus in secula Amen.

Sermo. lxxii.

Columba mea et in foraminibus petre: in cavernis macerie. Non tamen in foraminibus petre tutum reperit columba refugium. sed et in cavernis macerie. Quod si maceria non congeriem lapidum. sed sanctorum communionem accipimus. videamus ne forte cavernas macerie dixerit angelorum. qui ob superbiam lapsi sunt. loca quasi vacua derelicta. quippe que repleri et hominibus habent tanquam rime de lapidibus vitium reficiende. Tunc apostolus Petrus. Accedentes inquit ad lapidem viuum. et ipsi tanquam lapides viuus edificamini domos spirituales. Nec puto ab re esse si intelligimus angelorum custodia vice exhibere macerie in vinea domini. que est ecclesia predestinatorum: cum Paulus dicat. Nonne omnes administratores spiritus sunt: missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutem. Et propheta. Immittit angelus domini in circuitu timentium eius. Et si ita sedet. erit sensus. quod ecclesiam tempore et loco peregrinationis dueres consolentur. De preterito quidem memoria passionis christi. de futuro autem quod se in forte sanctorum cogitat et confidit recipendum. Immo hec veluti ante et retro oculata instabili desiderio contemetur. et uterque illi intuitus admodum gratus. uterque est illi refugium a tribulatione malorum et dolore. Integra consolatio cuius non solum quid sibi expectandum: sed et vnde id sit presumentium nouerit. Expectatio leta nec dubia: que christi morte firmata est. Cur pauca ad premij magnitudinem: que precij dignitatem considerat. Quam libens mente inuisit foramina per que sibi sacrosancti sanguinis precium fluxit. Quam libens cavernas perambulat et diuersariarum mansiones que sunt in domo patris multe atque diuerse in quibus habet collocare filios suos pro quorumque